Handschrift

Seite 29r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Dixit iniustus ut delinquat in se
met ipo non est timor dei ante oculos
eius Quoniam dolose egit in conspectu
eius ut inueniatur iniustitia eius ad odium
Verba oris eius iniquitas et dolus no
luit intelligere ut bene ageret Iniquitate
meditatus est in cubili suo astitit omni
uia non bona malicia autem non odiuit
Domine in celo misericordia tua et ueritas tua usque ad
nubes Iustitia tua sicut montes dei
iudicia tua abyssus multa Homines
et iumenta saluabis domine quemadmodum
multiplicasti misericordiam tuam deus Filii autem
hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt
Inebriabuntur ubertate domus tue et
torrente voluptatis tue potabis eos
Quoniam apud te est fons uite et in lumine
tuo videbimus lumen Pertende misericordiam
tuam scientibus te et iustitiam tuam his qui recto
sunt corde Non veniat mihi pes superbie
et manus peccatoris non moueat me Ibi
ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi sunt
nec potuerunt stare Domine expugna
impugnantes me Domine exercita domino Psalmus
Noli emulari in malignantibus neque
zelaueris facientes iniquitatem Quoniam
tamquam fenum cito arescent et quemad
modum olera herbarum cito decident
Spera in domino et fac bonitatem et habi
bita terram et pasceris in diuitiis eius
Delectare in domino et dabit tibi petitiones
cordis tui Reuela domino uiam tuam et spera
in eo et ipse faciet Et educet quasi lumen
iustitiam tuam et iudicium tuum tamquam meridie